V/III

DISPUTATIO JURIDICA

De

ALIMENTIS,

Quam

DEO JUVANTE:

PRÆSIDE

Magnifico, Ampliſſimo & Conſultiſſimo Viro

Dn. ORTOLPHO FOMANNO,

JC. Collegii Juridici, quod hic eſt, Ordinario, Dicaſterii Provincialis & Scabinatus Aſſeſſore digniſſimo, Præceptore ſuo colendiſſimo:

Publicè ventilandam exhibet

GUILHELMUS MILDENITZ.

Ad diem xxIIX. Februarii Anni cIↃ IↃ cxx.

J E N Æ

TYPIS VVEIDNERIANIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

8. IENA. IX 1616.

ILLUSTRISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,

DN. FRANCISCO

DUCI STETINI POMERANIÆ: CASSUBIORUM ET VANDALORUM: PRINCIPI RUGIÆ: COMITI Gützcoviæ: Domino in Lewenburg & Bütaw/ꝛc.

Domino ſuo clementiſſimo.

Diſputationem hanc Juridicam ſubjectiſſimæ obſervantiæ, & devotionis conteſtandæ ergò, offert

Guilhelmus Mildenitz.

Cum Deo.

THESIS I.

ALimentorum nomen nunc latius uſurpatur nunc ſtrictius. In latiore ſignificatu continet non tantùm, quæ corpus animale intrinſecus nutriunt, cibum, & potum *l. legatis. 6. de alim. leg. l. verb. victus 43. & ſeq. de V. S.* & medicamenta, tam evacuantia, quam confortantia *d. l. verb. victus. 43. & ſeq. junct. l. fin. de alim. leg. l. in rebus 18. §. poſſunt. 2. commod. l. ſicut. 45. de uſufr. l. ſi cum dotem. 22. §. Si n. 8. ſol. matrim.* Sed & quæ extrinſecus tegunt, ac fovent veſtes, calceos *l. 8. §. 14. de transact.* habitationē *l. 3. §. 2 ubi pupil. l. 1. §, 19. jūct. §. 2 de vent. in poſ.* inſtrata, ut ſtoreas, lectos, mattas, pulvinaria *l. 45 de V. S. ibiq; Gœdd.* ligna item *l. qui penū. 3. §. lignū 5. de penu. leg.* miniſteriū famulorū *d. l. 3. §. 2. ubi pupil.* equos & currus *l. itemq; 10. §. idem labeo 9. mandati. Surd. t. 4. q. 8. tr. hoc* omnimodò ſecundum regionis cujusque temperamentum, conſuetudines, ilque ſpeciales. *Gœdd, ad d. l. 43. nu. fin. de V. S.* & generaliter ſine quibus corpus ali non poteſt *d. l. 6. de alim. leg.* aut vivere nemo poteſt *l. 274. §. 2. de V. S.*

II.

In ſtrictiore ea tantùm complectitur, quæ ad nutrimentum pertinent non etiam quæ cultum concernunt *l. cum ſi 8. §. ſi cui de transact. l. ex parte 39. §. 2. famil. herciſc. l. non omne 5. de penu. leg. paſſim. in t. de alim. leg.* cujus diſtinct. uſum *per d. l. 8. §. ſi cui*

*Br.tr.h.nu.*1.*&* 2. oſtendit in tranſactionibus, in quibus ea tantùm remiſſa ſub generali nomine intelliguntur, quæ nutrimenti ſunt, non etiam, quæ tegumenti. Alias prior receptior eſt, & ut propria in dubio retinenda.

III.

Sunt autem & aliæ appellationes, quibus alimenta vel univerſa, vel quædam in ſpecie ſignificantur. Univerſa verbo vitæ, victus, victualium, vivere veniunt *d. l.*43.*l.*44.*l.*234.§.2.*de V.S.* Unde Paulus *in l.fin.de alim.leg.* alimentorum legatum, & educationis, ex quo ad victum neceſſaria præſtanda ſunt, exæquada eſſe docet. Unde & alterū æquipollens arguitur verbum educationis, cui conjugatum educare, dicuntur & neceſſaria vitæ *in l.*3.*de alim. leg. in c. ſi Epiſcopus* 37. *de præbend. in* 6.*c. cum haberet in fin. de eo qui dux. in matrim. quem poll. per adult.* & ſuſtentatio *l.ſi cum dotem* 22.§.*ſi autem ſolut. matrim.* & exhibitio, & exhibere *l.*5.*in pr.*§.1.*de lib. ag. & paſſim in jure noſtro.* & alibi ſolatia, atque ſubſidia. Unde infertur perinde eſſe ſive victum teſtator, vel promiſſor, vel ſtatutum dixerit, ſive educationem, ſive neceſſaria, &c. ut alimenta integrè debeantur.

IV.

Quædam in ſpecie aliquantò anguſtioribus nominibus indigitantur qualia ſunt non pauca *ſupr. in th.*1. addo eſcę eſculentorum vocabula *ex l. cum autem* 19. §.*ſi cui* 12.*de aur. & arg. leg.* diariorum, quibus legatis ea tantummodò debentur quæ ad cibum & potum pertinent, non etiam veſtitum *l. diariis* 21.*de alim.leg.* cibariorum, quo nec ipſo veſtitus continetur *l. ex parte* 39.§.*ſervo.*2.*famil. herciſcund.l.*17.*de alim.leg.* potum autem contineri verius eſt *per appoſit.d.l.*17.*in verb. menſtrua cibaria, & annua veſtiaria. cum multis ſimil. de alim. leg.* quanquam id extenſivè tantùm, & recepto loquentium uſu fieri conſentaneum videtur. Penus, quod verbum quid importet, explicat *l.* 3.*de pen. leg. &c.*

V.

Cauſa eff. aliment. alia per ſe, alia per accidens. Per ſe eſt ipſa obligatio alimentaria, per quam efficaciter ea debentur.

Impul-

Impulſiva eſt neceſſitas, & indigentia alimentandi. *l.5.§.2.13.19. de ag.lib.l.ult eod.c.quicunq; fidel.30.cau.16.q.7.c.nobis.25.de jure patron.*qua ceſſante, ipſa ceſſat alimentatio *dd. ll. & l. 13. §. 2. de admin.tut.*quod procedit ſecundum all. in alim.legitimis. Indigentia autem æſtimatur, tum ex rerum neceſſariarum præſente penuriâ, tum impotentiâ acquirendi; hinc qui artem callet, quam etiam honeſtè exercere poteſt, egere non videtur *d. l. 5.§. ſed ſi filius 7.d.t.*quibus accedit in concurſu debitorum, ut nec is qui patrem habet locupletem reſpectu fratris inops ſit, quia habet idoneam perſonam à qua petere ſolatia poteſt, *qua de re infr.pluribus*.Illud videamus, an, qui tot reditus non habet, quot ipſius exhibitioni impendi neceſſe eſt, egere dicendus ſit, etſi alia quidem bona poſſideat, at minus fructuoſa, ut ædes affabrè extructas? & non egere dicendum eſt, ſed vendi debere, & pretium in alimenta converti *l.ſi pupillus 23.pr. de reb. auth. jud. poſſ.l. divus 5. de pet. hered.* Quod multò magis in fructibus, quamvis per ſe nec eſui, nec potui ſint, probamus *argum. l.3.§.2. verb.reditum uti pupill.arg.l.divortio.8.§.ſi vir in fundo junct. l.ſi iter 79.in fin.de jur. dot.*

VI.

Diximus obligationem eſſe cauſam eff. Obligantur quidem ſuo nomine: quidam alieno, & adminiſtratorio. Illorum ex ſola alii naturali æquitate, alii etiam ex facto, eoq; proprio, vel alieno. Ex ſola æquitate Neceſſarii, latiß. accepto vocabulo. Neceſſitudo illa aut generalis eſt, aut ſpecialis, hæc ſecum vel cum alio. Ob illam, omnium ſane arctiſſimam, ſanctiſſimamq; conjunctionem ſemetipſum quilibet alere tenetur. *Petr. Surd. q.91. tr.h.*

VII.

Cum alio quæ intercedit vel naturalis eſt, ſanguinis videlicet participatio, vel civilis, animorum, addo & familiæ, ſacrorumque communicationem. Non autem quam Lancellot. *inſt. de triplici cognat. poſt Canoniſtas comm. per tot. 4. decretal. 11.* adjicit; ſpiritualem, quæ cum nulla ſit, nullam ex ipsâ pecu-

ſparem alimentorum obligationem naſci, facilè perſuademur.

VIII.

Naturalis legitima eſt, vel illegitima, illa cognationis, vel affinitatis. Cognationis 1. inter parentes, & liberos. 2. inter fratres & ſorores, & ipſos inter ſeſe. Ex hac itaque 1. Parentes alimenta debent ſuis liberis. Parentes *pr. l.* 5. *h. t.* Ergò & mater? quidni? Eſt enim educatio juris naturalis *pr. Inſt. de J.N.G. & C. l.* 1. *§. jus naturale de J. & J. c. jus natur. diſt.* 1. Unde quæſitum eſt, cum illa alimentatio maximè conſiſtat in præbendis lactanti uberibus, anne dedecori ſit matribus illuſtri quadam dignitate fulgentibus, nudatas non ſine obſcæno aſpectu infanti mammas porrigere, ut humilioris potius fortunæ nutrici delegetur? Neg. ter mirantes, non tàm JCtorum quorundam hac de re perverſum judicium: quàm matrum ipſarum abjectum amorem, animum plus quam novercalem, denique ſuperbiam dicam, an nefandam libidinem, de illa namque ſic benè Chryſoſt. apud Divites, inquit, pietatis inſignia abſcindit ſuperbia, erubeſcit fieri nutrix, quæ facta eſt mater, de hac ſive Auguſtinus dixerit, ſive Gregorius, verè, & quod res eſt, dixit: quod ex ſola carnis incontinentia videatur fuiſſe inventum: quia dum ſe continere (matres) nolunt, deſpiciunt lactare quos gignunt. *ref. Tiraq. de Nobil.* 22. *num.* 83. *& ſeq.* Liberis tàm ſacris paternis exemtis, quàm in poteſtate conſtitutis *d. l.* 5. *§.* 1. *&* 13. Nec intereſt puberes ſint an impuberes *d. §.* 13. primi an ulterioris gradus *§.* 2. *d. l.* 5. nati an in utero conſtituti *l.* 1. *§.* 2. *&* 19. *& t. t. de vent. in poſſ. mit.* modo illi ſe nati ſpeciem præ ſe ferant humanam; nam qui contra formam humani generis converſo more procreantur, ut liberi non ſunt *l. non ſunt liberi.* 14. *de ſtat. hom. l.* 10. *§.* 1. *de ædil. edict.* ita nec agnoſcuntur à patre, *per dd. ll.*

IX.

2. Contrà tenentur liberi ſuos exhibere parentes. *Liberi d. l.* 5. *§.* 1. *auth. ſi pater C. divortio facto, Nov.* 117. *c.* 7. *verſ. quemadmodū*, tàm mares quàm fœminæ *arg. §.* 4. *d. l.* 5. *junct. §.* 5. *de teſt.*

tut.

*tut.l.*848.*l.*14.*de V.§.argum.d.*§.2.*verb. cum ex æquitate*, tam milites quam pagani §.15.*d.l.*5. *Parentes*: citra ullum vel poteſtatis §.1.*d.l.*5.vel ſexus §.2.vel gradus *d.*§.2. reſpectum.

X.

3. Fratres & ſorores victum ſibi invicem ſubminiſtrare coguntur.*l.mutus* 37.§.*manente in fin. de jur. dot.l. quamvis* 20.*ſolut.matrim.l.*1.§.1.*de tut.& rat.diſtrab.l.qui filium.* 4.*ubi pupill.educ.*etiam conſanguinei tantum *arg.l.cum plures* 11. §. *cum tutor de adm. tut.* & uterini, quia & hos certum eſt fratrum appellatione contineri. Dixi invicem. Ergonè & ſoror fratri? omninò *d.l.mutus* § *monumentum, argum.d.l.*1.§.2.*verb.conjunctæ perſonæ de tut.& rat.diſtrab.*utcunque in ſorore (*verba Surdi t.*1. *q.*25.*num.*3.) ob fragilitatem ſexus minimè apti ad quærendum victum, & proclivis ad peccandum, videantur alimenta magis ſorori quam fratri eſſe debita. At quid de reliquis ultra fratres? Eandem æquitatis rationem *arg. d. l.* 5. §. 2.*verb.caritate ſanguinis*, idem jus efficere defendemus.

XI.

Quod de perſonis utriusque limitis diximus, idem in ſubſidium porrigi debere & ad ipſorum heredes activè, non tam legitimos, qui alia ratione obſtringuntur, ſed imò extraneos inſtitutos *per d.l.*5.§.*item reſcriptum, arbitramur*, quæ etſi in ſpecie de deſcendentium loquatur, nihil tamẽ proferri videmus, quod extenſionem ejus inhibeat.

XII.

Affinitatis: 1. in virum & uxorem, quæ etſi propriè affinitas non ſit, cùm tamen propriè dicta exinde oriatur, vel eo reſpectu huc referri poſſe viſa eſt. 2. Alterum & alterius cognatos, & propriè affinitas dicitur *l.*4.§.3.*de grad.* illam hic conſideramus conſtante, vel ſoluto matrimonio. Conſtante matrimonio onus mariti eſt omnem uxori ſuſtentationem ſufferre *l.* 22. §. 3.*ſolut. matrim.* cum quòd uxor eſt *arg.l.* 28. *de Relig.& ſumt.* tum quod dotem hoc nomine accepit *l. pro onerib.*20.*C. de jur. dot.l.*13.*in pr.C.qui pot.in pig.* Etjam indotatæ refert tamen doti

ido-

idonea ſit,nec ne,ſi idonea,ſive per ſe ſit,ſive locupletes habeat parentes,meritò ipſi alimenta denegantur *arg. l. 28. de reliq. & ſumt.facit.l.fin.C.ad SC.Vell.c.per veſtras de donat.inter vir.& ux.* In idonea utique agnoſcenda.*Nov.74.c.5.* ubi ſemet ipſam doti in idonea dicitur pro dote contradere. Sic, etiam non uſque ad competentem quantitatem dotatæ: cum prædicto temperamento *arg.eor.quæ jam all.ſunt*, nam ſi dives, ultrà quam datum eſt,oneribus vir non eſt obnoxius: ſi inops, modicam quidem dotem habens, at qualis neceſſitati ejus non medetur, tum, quod impenſæ alimentorum dotis reditum excedit, id quoque marito oneri eſt. Ultimò quæro: An dote extraneo conſtante matrimonio reſtituta: puta,quod maritus facultatibus labi ceperit, is in præſtatione onerum marito ſuccedat? Affirm.

XIII.

Mulier vice mutuâ marito inopi & famelico vitæ neceſſaria ſuppeditare tenetur. *argument. l. ubi adhuc 29.in verb.tam ſui quam mariti C. de jur. dot. c. veſtras circ.fin.de donat.inter vir. & uxor.*

XIV.

Soluto morte viri matrimonio, heredes ejus, alimentorum nomine viduæ non tenentur,niſi intra annum mobilium reſtitutio *juxta l.un.§.7.C. de rei ux. act.* facta non ſit *prius prob. per l.curator.5.de vent.in poſſ.mit.l.extraneus 6.eod. t. l.ſed etſi 5. §.ana.de carbon.*ceſſat enim hic cauſa onerum,ipſum videlicet matrimonium,& dos,quæ in eâ cauſâ eſt ut reſtitui debeat, adeoque defuncta.Poſterius: quod,cùm dotis aliqua pars, vel tota,ſi tota mobilium eſt inter annum legitimũ non ſit in eâ cauſâ ut reſtitui debeat, non poſſit dici in totum defuncta.fungatur itaque officio ſuo,& ſerviat oneribus viduæ: Deinde quod fructus ex nulla cauſa non niſi inique manerent apud heredem.Unde infertur: quod beneficio *d.l.un.§.7.* uti non volens citius reſtituendo ſe hac neceſſitate exonerare poſſit. 2. Ultrà fructus ad ſolida heredem non òbligari, ne quod in favorem ejus

ejus introductum eſt, in odium retorqueatur. Poſt annum autem inopi imperiali munificentiâ noviſſimè ſuccurſum eſt, decretâ certâ bonorum mariti portione. *Nov.* 53.c.6. *Nov.*117. *c.* 4. quæ ſicut invicem alim. ſuccedere poteſt, ita vel maximè tamen ab illis differre docet *Cöler.*1.*tr.hoc* 12.*num.*48. Q. Anne lugubria ſaltem veſtimenta viduæ ab heredibus comparanda ſint? Aff. quòd pars ſumtuum funeris. Q. ſi debentur, poſſuntne poſt annum luctus repeti? Non.

XV.

Quid de affinitate propriè dicta? Ea per ſe nuſquam idonea Dd. alimentorum cauſa viſa eſt, unde nec privignum ali oportere conſtanter tenent (cui pro limitat. eleg. deciſionem ſubdit *Joh.Petr.Surd.t.*1.*q.*41.*nu.*9. quod noverca dotem propter vergentiam mariti durante matrimonio recipiens, ex eo quod fructibus, præſtitis ſibi, viro, liberiſque communibus, ſupereſt in privignos impendere cogatur, eò quòd fructus pertineant ad maritum, cui hoc onus incumbit.) Verum ſoceri filiorum ſuorum, & deinceps liberorum uxores alere tenentur *l. ſi filia* 20.§.2.*famil herciſc.arg.l.*5.§.12.*h.t.* vel quod ipſorum liberorũ hęc onera eſſe videantur, vel quod dotem accipiendo ſe ad hoc obſtrinxerint. Sed ſi invito patre contraxerunt? non teneri verius puto *arg.*§ *ſi adverſus de nupt.*

XVI.

De legitimis hactenus. Illegitimi aut naturales ſunt, aut vulgo quæſiti, aut adulterini, aut inceſtuoſi. De naturalibus, quin ſint alendi, quò minus dubitemus, facit *auth. licet. C. de natur. lib. & nov.*89.*c.*12.§.6.*facit & arg.l.*3.*in fin. de concubin.* Unde quid de legitimatis habendum ſit, ſatis relucet, quippe quod abſurdiſſimum eſſet damno hos affici beneficio legis, *accedit argum. nov.* 89. *c.*3. Vulgo quæſitos mater, & hanc illi alere cogendi *l.*5.§.4.*h.t.* non etiam pater jure civili *d.l.*5.§.6.*arg.*§.12.*de nupt.* hodiè iſti qui ex ſtupro nati ſunt, quorumque pater certus eſt, cum reductâ pœnâ Atticâ aut ducere vitiatam, aut dotare cogatur, utroque caſu ab eo agnoſcendi ſunt. Inceſtuoſos, &

adulterinos omni alimento jus civile ſeriò indignos judicavit. *auth.ex complexu de inceſtu nupt.Nov.89.in fin.pr.arg.§ ſi adverſus 12. de nupt.* à quo tamen Cn pia humanitate ducti divortium meritò fecerunt.*c.cum haberet in fin.de eo qui dux.in matrim.* Etenim æquiſſimum eſt,ab omni pœnâ vindicare eos, quorum innocentiâ & noxii impunitatem ſperare poſſunt.

XVII.

Diximus de neceſſitudine ſanguinis: proximum eſt ut de animorum propinquitate videamus. Intereſt autem nuda occurrat animorum copula: an quæ fortè efficax fuit reali aliquo,& q.civili beneficio,quod ad hanc: confertur nunc in animum: quo nomine fideli informatori cum reverentiam,tum ex comm.Dd.opin.alimenta debemus, quod etſi æquiſſimum quidem eſt,per ea tamen quæ ex jure humano adducunt minus probatur,quod enim attinet *l.2.§.fin. de orig. jur.* præterquam quod de certo aliquo didactro accipi poſſit; meram nobis hiſtoriam,non Legem proponit,minoris ſunt *l. 1.in fin. C. de accuſat.artif.& l 16.§.2.de pœnis.* nunc in corpus qua de cauſa nutricem alendam,Dd.tradunt.*Surd.t.1.q.52.* pro quibus rurſus nihil facit *al.l.5.§.Si impubes 13. h. t.* ibi enim filius patrem ut patrem, non ut nutritorem alumnus alit, & nimis latum eſt, quod ſubjicit: omnes quibus reverentiam debemus, item quibus ad antidora obligati ſumus ali debere.Nunc in ſtatum, quale adoptionis, & manumiſſionis, nunc in fortunas: qualis ſunt munificentiæ in Eccleſiam. Feudi conceſſio: & in genere omnis ſimplex donatio,de ſingulis videbo.

XVIII.

1. De Adoptione, Q. An datus extraneo in adoptionem ab ipſo ſit alendus? Reſp.quod ſit.

XIX.

2. Patronus,manumiſſionis à liberto, & hic ab illo ſubſidia vitę rectè petit ille *l.5.§.ſolent usq; ad fin.de lib agnoſ.l.1.§.2.de off.præfect.urb.l.1.in fin.C de op.libert.*etiam liberi illius §. 20. *d. l. 5.* Patrem quoque, & matrem patroni, cum patronus, & liberi

ejus

ejus minimè ſuperſint, alere egentes ipſi, ſi idonei facultatibus ſunt, coguntur *d l 5. in fin. l. alimento 6. d. t. l. Divus 5. §. Imperatoris de jure patronatus l. ſi patronus 33 de oper. libert.* Sed cauſativè tantùm (ut loquuntur) obligatur. Nec enim neceſſe habebit præſtare, etſi poteſt v *d. l. 6.*

XX.

3. Patronus Eccleſiæ ad inopiam vergens fulciendus, lapſus etiam uſque ad competentia dignitati ejus alimenta, quatenus ſc. res Eccleſiæ ſalvis miniſtrorum ſtipendiis ferunt, erigendus eſt *c. quicunq. fidelium 30. c. 16. q. 7. c. nobis 25. de jure Patron. Lancel. J. Cn. h. t. § pen.*

XXI.

4. Inter ſeniorem quoque & vaſallum hæc obligatio ultrò citroq; naſcitur, quamvis plures ſint qui negant *Vulſ. 1. de Feud. 10. num. 35.* non tamen eodem modo. Senior inops ex fructibus indiſtinctè alendus *arg. theſib. præced. arg. §. licet, ſi de feudo defuncti controverſia ſit. 2. Feud. 26.* quod ſc. in neceſſitatibus teneatur vaſallus ſuccurrere. At quæ major neceſſitas, quã quæ dicitur, & certè eſt animi tormentum, corporis labes, magiſtra peccandi, diriſſima neceſſitatum, deformiſſima malorum. *Quintil.* quæ omnium rerum clades, atque acerbitatis ſuperat. *Joſeph. Jeſ. Rittershuſ. 2. partit. feud. 1. num. 40. ubi & alia ratio.* fortè quoque *arg. (quo utitur Cöler. l. 1. c. 13 num. 95.)* ſumitur ex *§. fin. Epiſcopum vel Abbatem 1. Feud. 6.* in liberto v diſtinguendum eſt, aut enim quæritur de alim. quo tempore ſervit: & tunc, ſi expreſsè nihil conventum eſt *c. 1. in fin. ex quibus cauſ. feud. amit. 2. Feud. 23.* nec loci conſuetudo determinat *arg c. 1. pr. de cap. Corrad. 2. F. 40.* regulariter ſuis ſumptib. ſervire com. eſt opin. *Cöler. d. c. n. 115. c. 1. de alled. 2. F. 54. c. Imperialē. §. firmiter de probib. alien. feud. per Frid. 2. F. 55 arg. l. 18. cum ſimil. de op. lib. ampl. & lim. v. apud Feud.* aut de his quæ ob ægritudinem inopiamque deſiderat, quæ reg. non debentur, niſi ob defectum naturalem, quo feudum deſervire impeditur, beneficium amiſerit, quo ei ablato, ſeſe exhibere non valeat, tantum relinqui debet, unde ſe ſuſtentare poſſit *d. 1. F. 6.*

XXII.

5. Poſtremò donatarius an donatori facultatibus lapſo ſubvenire teneatur? quæſtionis eſt inexpeditę. Aff tamē defendi poſſe arbitramur, ſi enim (quod planè communiſſime receptum *ait Bachov diſp. de donat. th. 7. lit. d* ob negata ea poteſt revocari donatio, ſequitur, ut ingratitudinem effugiat, ut ad inſtantiam exhauſti donatoris ipſum competenter exhibeat *arg. l 6. pr. de lib. ag.* ex quo infr. 1 Ultrà donatæ rei quantitatem hoc non extendi debere *arg l. in agris 6. de ac rer. dom.* 2. Contrà non liberari ſi fructus ſaltem rei offerre paratus ſit, quin imò totam rem, quæ ſibi ingrato auferri poſſet, impendere debere, quippe ridiculum foret (ut taceam ſummam iniquitatem) ex re maximi quidem æſtimandam, nullius autem aut perexigui proventus eſurienti famis irritamenta offerre.

XXIII.

Liberis autem donatoris hoc quidem datum non eſt, ut contrà ingratum agant *l. 7. C. de revoc. donat.* Sed aliàs ipſis per querelam benè conſulitur *t. t. de inoff. donat.* quam uſque ad legitimam tantum competere, non ſine ratione eſt, & à Dd. comm. omnibus probatum. *Tr. de donat. th. 7, lit. t.*

XXIV.

Hæc de benefactoribus. Reliquos, quos ſola mentis morumque ſimilitudo nobis conjunxit, ut alamus, nulla L. jubemur, ideò forſan quod fieri, per tradita Philoſophorum, non poſſit ut alter adeò pauper ſit, & exhauſtus, ut planè, de quo vivat, non habeat, alter in plena rerum affluentiâ & hubertate luxuriet, vel quod hæc inæqualitas etiam fortunarum tale fœdus difficulter admittat, vel quod amicorum omnia communia *movet h. q. Joh. Petr. Surd. t. 1. quæſt. 88. poſt Salycet. in l. ſolo in fin. C. de lib. cauſa.*

XXV.

Denique jus Familiæ ad inſtitutum noſtrum non leve momentum habet. Dominus enim ſervis de victu proſpicere debet. *argum. § fin. verſ. expedit junct. l. meare 4. de lib ag. & expreſſ. tex. d. § fin, in reſcript. D. Antonini verb. famem. l. de his qui ſunt ſui*, &

hoc

hoc jure civil. jam dum hic locorum quoad ſervit. ſepulto, quid hodiè juris in hominibus propriis ſit videamus, & 1. An iſti tenentur Dominos inopes alere? Videtur diſting. ut in vaſallo, nam quod Fridericus Huſanus *q. 4. tr. b. num. 4.* negat, ex eo præſuppoſito fluit, quod nec vaſallus ſeniorem, at hoc verum non putamus *ſupr. th. 21. 2.* contrà; An Ruſticus ſuo victu operas præſtare tenetur? Rurſus idem quod in vaſallo dicemus *arg. l. 18. l. 20. pr. de oper. libert.* & hoc in ordinariis operibus. In precariis autem *verb. Huſan. d. q. 4. num. 93.*) & quæ citrà obligationem mero Domini rogatu præſtantur, item ſi procul è territorio ſuo colonus evocatus Dominum ſequi cogatur non eſt dubium incumbere exhibitionem ipſi Domino. *arg. l. 18. §. 2. comm. arg. l. 20. §. 1. & l. ſeq. de oper. lib.* ſed & pacta, & conſuetudines, ut multum aliàs, ita hic plurimum poterunt.

XXVI.

Vidimus neceſſitudinem, quæ ſpecialior eſt. Tandem generalis quædam nobis intercedit cum omnibus hominibus *l. 3. de Juſt. & Jur. arg. eorum quæ Cicer. ventilat. 1. off. de liberalitate*, ad hoc ſolum omni jure efficax, ut proximo egenti, humanâ commiſeratione, & condolentiâ moti, quisque pro modo facultatum noſtrarum, eleemoſynam contribuamus.

XXVII.

Hucuſq; claſſis prima eorum, quos ſola æquitas obſtringit: Alterâ veniunt quos hominis inſuper factum civiliter obligat: idque legitimum, vel exorbitans. Illud inter vivos, aut in ultimâ voluntate. Inter vivos conventione nuda: aut contractu, vel q. 1. cōvenimus ſuper alimētis vel primariò & expreſsè: quod in favorabili hac materiâ etiam jure C. ad agendum profuiſſe probabile eſt ex *vrb. & l. ad exactionem 6. C. de dot. promiſ. l. 1. §. pen. de coll. dotis.* Vel ſecundariò alias expreſsè: quoties alii contractui pactum hoc expreſsè adjicitur, aliàs tacitè, quoties tacitè adjectum videtur, quo caſu locus fit legi *l. ſemper in ſtipulationibus, de R. J.*

XXVIII.

Et ſic vel rei debentur, ſuper quâ contractus celebratus

eſt, ab eo qui ex eâ commodum ſentit *l. in rebus 18. §. poſſunt 2. comm l. ſi id 28 §. 1. de donat. inv. vir. & ux. l. item ſi 30. de adil. edict. l. à filiis 15 §. Teſtator de alim. leg.* cum id ipſa juſtitia perſuadeat, ab eo rem agnoſci, qui eâ uti ſuà intereſſe crediderit *l. eos qui 6. C. de appellat.* Diſtinguendum autem videtur, gratuitus ille contractus ſit, an mercenarius: nam ſi mercenarius: videndum an hoc onus mercedi verò ſimiliter imputatum ſit: quod æſtimari poteſt vel ex quantitate mercedis, vel alendi cõmodã facultate, &c. quod ſi æſtimari nequeat, nec appareat ſecundũ *d. l. ſemper in ſtipul.* quid in eâ regione frequentetur (quod in terminis apparet in Galliis: nám qui curſu publico per illas provincias vehitur, nihil ultrà mercedem, alimentorum nomine ſolvit: &c.) minimum eſſe in hóc contractu crediderim, alimenta non deberi, quod mercedi imputata videantur.

XXIX.

Vel Perſonis cum quibus contractum eſt, ubi rurſus diſt. puto ut ſuprà. Societatem autem penitius inſpiciemus: Socio ſivè univerſali, ſive particulari, ut & familiæ ipſius, quoties rebus communibus operam navarunt alimentorum ex communi debentur impendia. *l. cum duobus 54. §. 4. l. 60. § 1. cum ſeq. h. t.* quod autem ad illos attinet, qui quidem ſunt ex familiá Societati autem non inſervierunt, diſting 1. inter ſocios utrum expreſſim; & ſpecialiter univerſorum bonorum ſint, aut ſimpliciter, ſeu unius negotiationis. Illis debentur *l. 73. pro ſoc. §. 1. argum l. 39. § 3, famil. herciſc. arg. l. 52. §. 18. h. t.* his non item *l. ſed nec. 12. h. t.* 2. Inter familiam, neceſſaria ſit, nec ne, qui ex illa ſunt, veluti uxor, liberi, famulitiũ neceſſarium illis debẽtur *arg. dd. ll.* huic, qui ad pompam forſan, & oſtentationem habetur, ſuper numerarios aut ſervos & pediſſequas, dico non deberi æquius eſt *arg. d. l. 52. in fin. h. t.* Inter neceſſarios jure Cn. & illos connumerabimus, quos ex illicito coitu ſuſtulit parens, *arg. c. cum haberet, de eo qui dux. in matri.* quod an verũ ſit etiãſi cõtractâ ſocietate ſuſtulerit dubito, *arg d. l. 52. §. f. h. t.* Et jure Cn. haud dubiè et adoptivus, modò ne in fraudẽ quid fiat, nec intererit, ſi amplior fortè ſit unius familia, quã alterius *arg. l. 81. h. t.* illud Dd. variant:

Utrum

Utrum ſocietate hoc pacto initâ, ut alter operas præſtet, alter pecuniam conferat, operarum debitor propriis ſumtibus eas teneatur expedire? Videtur dici poſſe, eſſe facti quæſtionem, & pendere ex collatione operarum cum pecuniâ finitâ ſocietate, quia alias facilè oboriretur inæqualitas *cont. ag. l. 5. in fin. l. 29. in pr. & §. 1. h. t.*

XXX.

2 Dixi ex contractu alimenta deberi, aut nominato, ut ſtipulatione, emtione, de hac quæritur, Utrum annuos reditus in hanc cauſam modico precio emi fas ſit? Dd. comm. aff. *arg. l. 12. C. de inoff. teſt. l. ſancimus 34. C. de donat. junct. l. 1 § de condit. & demonſtr.*

XXXI.

Donatione *l. cum ſi §. 2. in fin. de tranſact.* circà hanc 1. Q. An, quemadmodum donatio inter patrem & filium jure reg. non ſubſiſtit. *l. donationis 28. C. de donat. int. vir. l. cum bonis 11. C. de donat. arg. §. 1 per quas perſon. nob. acquir.* ita & alimentorum nomine celebrata irrita ſit? quod putamus, morte tamen confirmatur. *l. 6. § 2. verb. diuturna donatione. C. de bon. matr.* 2. Q. Quatenus inſinuatione egeat? Diſt. Aut alimenta annua donantur, quæ pluries præſtita legitimam tandem 500. ſolidorum excedunt modum: & liberam hanc à monumentorum obſervatione arbitramur. *l. ſancimus 34. § ult. C. de donat.* Aut fundi in alimenta dati æſtimatio ſtatim memoratam ſummam tranſcendit. hæc *arg. d. l. ſancimus l. 4. de alim. leg.* omninò acta depoſcit. Aut fundus datus, verum ſub modo, ut ex fructibus donator exhibeatur, quæ rurſus etiam actis minimè intimata firma, & rata eſt *arg. l. Aquilens de donat. l. 34 § 1. eodem.*

XXXII.

Vel innominato, veluti do ut des, quo referunt Dd. verſus Homericos ex *l. 1. §. 1. de contr. emt. & §. 2. Inſt. eod.* videtur mihi congruum exemplum negotium illud, quod inter disjunctos ſæpe locorum intervallis, filiis ſuis diſcendi cauſa hinc inde miſſis, & velut permutatis, invicem victum præbentes, contrahi conſuevit, allegant etiam *1. Reg. 5. v. 9. &c.*

XXXIII.

3. Ex q. contractu ſumptus in illa ritè facti debentur.

cuntur. 1. negotiorum geſtari *arg.l.2.in fin.h.t.§.1.Inſt. de oblig.quæ ex q.contr.junct.l.10.§.9.mand.l.18.§.2.commod.*2. Tutori pupilli cauſa peregrinanti *l.1.§.item ſumtus.9. de tutel. & rat. l. ſed ſciendum 7.ad Trebellian.* vel pauperi Judicis authoritate, contutorumque conſenſu, adminiſtrationi propter rei notitiam, ſtatutis alimentis præfecto *d.l.1.§.ſi pupill.6. & 7. l. à tutoribus 33.in fin.de adminiſtr.tut.aliàs reg.* non præſtantur *d.l. à tutoribus 33.in fin.de adm.arg.l.paupertas 7. de excuſ.* 3. Rei communis conſorti *arg.§.3.de oblig.ex q.contr.*

XXXIV.

Nunc Litis cauſa, ſi quæ alimenta debentur, etſi tractatio hæc aliorum locorum ſit, tamen ne in multas partes diſtrahatur, ſingula hîc quod facit *Cöler.1.tr.h.c.14.* breviter referam. Et quæri ſolet potiſſimum de perſonis iisque variis, quarum aliquæ in judicio partes ſunt. Sunt autem principales & judex Eccleſiaſticus, *vid.c.ſi Epiſcopus.6.de off.ordin.in 6.c.cum ex officio 16.de præſcript.c.cavendum 6.q.13.&c.*

XXXV.

Secularis. *Gail.1.obſ.151.num.*10. generaliter concludit, quod, quicunque ſalarium habet, nihil propter alimenta debeat exigere, & hoc probabile eſt, & ſummè æquum, ſummeque utile. Jure civ. omnes penè judices certis de publico gaudent ſalariis, de majoribus ſunt textus *in l.fin.C.ad L.Jul.repet.Nov.8. c.7.& ibi ſcriptum exemplar. in fin. & in formulæ Jurisjur. t.3.d. Novell.*8. de minoribus Pedaneis Provincialibus *Novell. 82. c. 2.* quibus ultrà hoc etiam Sportulas octo aureorum ex ſingulis litibus, binis in exordio litis ab actore, & reo; binis in fine negotii ſolvendis, capere permiſſum eſt *d.c.7.* Hodiè Domini Camerales Ordinarii ſuis etiam contenti annonis, digniores ſunt, quam ut viliſſimam litigatorib. non æſtimandi laboris mercedulam exprimant *Gail d. c.* 151. De legatis vero definitum in taxâ ſtylarium debetur, petiturque: at quibus remediis? 1. *Rutg. Ruland.1.de commiſſ.7.c.7.num.*22. ubi tamen plura refert, & officium judicis, & condictionem ex L. videlicet prædictâ taxâ. In

infe-

Inferioribus curiis Provincialibus uſurpatum eſſe, ut & ordinariis Sportulæ dentur, alibi aliter æſtimatam, teſtatur *Ummius diſp. de impenſ. ab. 5. num.* 20.

XXXVI.

2. Litigatores. Principales ſeu Litis Domini. Ex his debentur alimenta modò actori, videlicet 1. inopi, 2. præſumtione quadam munito, 3. adverſario rem quæ petitur poſſidente. Sic filius de inofficioſo conquerens, interim propter inopiam à poſſeſſore alendus eſt, *l. ſi inſtituta* 27. *§. de inofficioſo.* 3. *de inoff. teſt.* quam ſpeciem Dd. latius extendunt, ut & frater ſucceſſionem fratris petens, & mulier dotem ſoluto matrimonio exigens, & Dominus quilibet rem propriam vindicans, &c. beneficio illo fruantur, *v. Surd. t. 1. à q.* 100. *usq. ad fin.* Quid juris, ſi fortè naturalis ad alimenta agat? Reſp. *Côler. d. c.* 14. *num.* 51. quod ſit alendus lite pendente *per l. 5. §. ſi vel parens 8. de lib. ag.* ſed tantùm abeſt ut all. §. tale quid probet, ut dictum Côleri planè evertat.

XXXVII.

Modò reo, de quo exhibendo tribus hiſcè caſibus quæri video: 1. ſi ſequeſtratâ poſſeſſione egere incipiat. 2. aut obæratus bonis ceſſit. 3. aut ob debitum pecuniarium, vel crimen in carcerem conjectus ſit. 1. caſu ei, cui poſſ. ablata eſt, tanquam de è propriâ, quamdiu adverſarii rem eſſe manifeſtiſſimè non conſtat, meritò reſervantur *l. fin. C. de ord. cognit. argum. l. 1. §. 2. de vent. in poſſ. mit.*

XXXVIII.

2. Cedenti neceſſitas vitæ regulariter non relinquitur *l. qui bonis 6. de ceſſ. bon. Nov.* 135. *in fin. pr.* exceptis tamen veſtimentis vilioribus, quibus, quod à fœdo nuditatis aſpectu ingenuus pudor ſemper abhorruerit, vel nequiſſimum ſpoliari nefas eſt. quinimò, quæ pannicularia inſunt commiſerationis ergò concedi volunt *argum. l. Divus 6. de bon. damnat.* in nobilibus *(inquit Weſemb. conſil. 50. num. 20.)* maximè dignioribus Baronibus ac Comitibus ita ſervari ut exigantur tantum deducto ne

C egeant,

egeant, notiſſimum eſt, & hactenus in terris iſtis uſurpatum, &c. quod certè præviæ ipſorum virtutis inſigne brabeum eſſe ducendum eſt. Illis meritò pepercere ll. qui reconciliatâ fortunâ bonorum potiti denuò conveniuntur, ne ultrà quam facere poſſunt excutiantur. Sicut & aliis qui beneficium competentiæ habent alimenta relinquenda ſunt *§.fin.Inſt.de act.* quod ut notabiliter limitât Dd. in artificibus, quibus, quod dicitur, ars obſonium eſt: ita eadem ratione illos inſtrumentis ſuis non eſſe privandos plus quam manifeſtum eſt *argum. §. idem juris. 3. qui quibus ex cauſis.*

XXXIX.

3. Ob debitum. 1. Pecuniarium includendum quem curans ipſum alere tenetur, *quod poſt gl. in l. fin. C. de erog. milit. annon. per d. tex. probaut. Colr. d. c. num. 67 Surd. q. 71. t. 1. Sed nec l. quicquam quod huc quadrare poſſit dicit: & gl. corrupta dicitur. Gothofred. lit. f. & legi debere pr... ll. e. alii.* verum utut ſit, th. ob id non minus vera videtur ob manifeſtam rationem. 2. Ob crimen vinculis mancipatum inopem accuſator nutrire tenetur, qui ſi oneri ferendo non ſit, ad ſollicitudinem pertinet pii magiſtratus alimentum de publico decernere *l. judicis 9. C. de Epiſc. audientia l. 1. in fin de cuſtod. reor.* idem juris hodiè ſecundum peinlich Halsg. Ord. in non capitalibus, in capitalibus non amplius ſeptendecim & dimidio argent. in ſingulas ſeptimanas, ſine ullo divitiarum dignitatisvè reſpectu erogare accuſator cogitur Peinlich Halsg Ord. *c.* 176. 204.

XL.

In ultimâ voluntate, ut ſuprà propoſuimus, legando aut fideicommittendo de alim. ſolet diſponi *t. t. de alim. leg.* Ubi duo videnda. 1. an ſint, & 2. ut ritè ſint legata? hoc à qualitate perſonarum legantis, & legatarii; illud à legandi modo æſtimatur. 1. in teſtatore hoc ſingulare tradunt Doctores, quod etiam filiusfm: tantū, conſenſu tamen patris ea pauperibus poſſit relinquere *arg. c. licet. 4. in fin. de ſepult. in 6.* in legatario illud, quod, qui ex teſtamento alias nihil, alimenta tamen nonnulli poſſint capere *infr. th. ab hac 3.*

2. De

XLI.

1. De modo: hic advertendum eſt, ut inter vivos, ita in ultimis quoq; voluntatibus nunc expreſſè, nunc tacite relinqui. Expreſſè tum, quando verba alimentorum aut æquivalente teſtator uſus eſt *ſupr.th.3.* Tacitè quando teſtatoris mens tacita ex aliquo colligitur. Quæ res cùm in conjecturis poſita ſit, multis magni momenti quæſtionibus feneſtras aperuit. Unde de tali ſpecie controvertitur: An qui liberis heredibus ſcriptis uſumfructum uxori omnium bonorum legavit, de alimentis tantum diſpoſuiſſe videatur? quod putamus, item. Habitatione cum liberis relictâ, an de integris alimentis ſenſerit? Aff. Si fortè liberi tales ſint, ut operâ legatarii indigeant, item utrum legatum in annos ſingulos in cauſam alimentorum videatur relictum? aff. vid. & aliæ ſpecies apud *Surd. t.t.2.*

XLII.

Sic ergò legata præſtanda ſunt ab eo, à quo nominatim relicta ſunt, ſive is heres *l. 16. h.t.* ſive legatarius & fideicommiſſarius *l.15.pr.h.t.* etſi ſolus uſusfructus legatus ſit, *d.l.Titia 19. pr. de ann.leg.l.Stichus 20.§.Titia 2.de alim.leg.* Si non nominatim à quoquam relicta ſunt, ſed indefinitè, palàm eſt, ut heredibus hoc injunctum videatur. Quid ſi quis inſtitutus ſit in re certa? diſting. *vide Donell.6.com. 18. & plenius Bachov. vol.2.diſp.12.th. 1.lit.A.* Quid, ſi legato bonorum omnium uſufructu, legemur inſuper tertio cuidam alimenta uter præſtabit, heres, an uſufructuarius? uſufructuarius. Ei, cui aſcripta eſſe noſcuntur; licet ſervo *l. ſervo 113. §.1. de leg.1. l. 16.de ann. leg.l.ſervos 17.h.t.l.quidam 5.§.2.C.de neceſſ.ſerv.* & pœnæ ſervo *l. ſi in metallum 3. de his quæ pro non ſcript.* & poſt, quàm legatum eſt facto *l.is cui 11. h. t.* Deportato *l. cum Ulpianus 16. de interd. & releg.* ad perpetuos carceres damnato *arg.d.l.ſi in metallum 3.* excommunicato *arg. d.l.cum Ulpianus*, per ſtatutum incapaci *per jam alleg.* & adeò præſtanda ſunt, ut ne lege quidem Falcidia ſi pauperi relicta ſunt, minuentur *l.ſi quis 43.C.de Epiſc.& Cleric.auth.ſimiliter C.*

ad l. Falcid. Nov. 131. *c.* 2. (alias ſi diviti, locus eſt Falcidiæ *l. alio* 9. *de alim. leg. l. comput.* 68. *l. Divi* 89. *l. pen. §. filior. ad L. Falcid.* Sed contrà, ne quidem in pauperibus deficientium partes accreſcunt, *l. dominus* 57. *§.* 1. *de uſufr. l. ſolent* 3. *§.* 1. *de alim. leg.* niſi teſtator aliud ſenſerit *l.* 16. *§. Baſilicæ de alim. leg.* vel fundus pluribus in alim. datus ſit *l. libertis* 4. *d. t.*

XLIII.

Sic ſe habent alimenta ex facto legitimo, nonnunquam propter exorbitantia, id eſt, delicta, vel q. præſtanda veniunt, veluti ex criminibus homicidium, ex del. privatis injuriam, damnum injuriæ ex L. Aquilia, noxiam item & pauperiem (quod per analogiã quandam huc referri placuit) ex q. delicto ſuſpenſum, effuſum, dejectumvè, quatenus ſc. nocitum eſt ita, ut victui quærendo inhabilis quis reddatur, ut non tantum is, verum etiam ipſius neceſſarii, quorum alimentatio ipſi incubuit, exhibeantur.

XLIV.

Hactenus eos qui ſuo nomine ſuaque impenſa tenentur. Alieno & adminiſtratorio nomine alii officii, quo funguntur publici ratione tenentur, alii privati, ad illos refero quibus vel tota civium univerſitas curanda eſt; Magiſtratus eorumque officiales annonarios, de quibus habetur paſſim *t. t. ff. ad L. Jul. de annon. rubr. C. de offic. præfecti annonæ ubi Græca conſt. deſid. t. de annon. & cap. lib.* 1. *Cod. de annon. & tribut. C. de condit. in pub. hor. ut nemini liceat in coemt. lib.* 10. *de can. frument. cum aliq. ſeqq. lib.* 11. *de erog. mil. annon. de excoct. lib.* 12. *ubi doctiſſ. ut ſolet multa Cujac. in parſ. Lipſ.* 1. *Elect.* 8. *&* 2. *admirand.* 10. ex quibus locis illud ſolum in diſquiſitionem voco An effuſiſſimæ illæ frumentariæ largitiones, vel vix ſemiſſe & trientibus in modios, adeò viliſſimo precio, & velut dicis cauſa factæ venditiones ex uſu Romæ, Byzantii, ulliusvè Reip. eſſe potuerint: & ſi res pateretur q. poſtlimino gradivi illi panes reducendi ſint? quod rectè neg. *vid. Lipſ. d. loc.* Cæterum ut in omnem fortunæ eventum neceſ-

ſaria

ſaria conquirantur, quæſita à putredine, & quavis corruptione tuta præſtentur, bona ac ſalubria juſto tandem precio uſu exigente civivibus dividantur, nihil, ad quem ea res pertinet, reliqui faciat.

XLV.

Ut & illos qui certis perſonis, iiſque ut plurimum miſerabilibus præficiuntur, quorum nomina & officia peti poſſ. *ex l. illud. l. ſancimus C. de Sacroſ. Eccleſ. rubr. de Epiſc. & Cler. ibiq. Cuj. vid. Pet. Greg.* 15. *Syntag.* 28. & Politici paſſim.

XLVI.

Qui privati officii cauſa tenentur, ſunt, exempl. gr. Tutores, curatores, qui commiſſos ſibi pupillos, minores, furioſos, prodigos *l.* 3. §. *Tutor* 14. & 15. *l.* 7. §. 2. *de ſuſpect.* §. *ſi quis & ſeq. eod.* ventrem in poſſionem miſſum *l.* 1. §. *mulier* 19. & §. *pen. l. curator.* 5. *de vent. in poſſ. mit.* Sequeſter rem ſequeſtratam, item eum cui poſſeſſio ablata eſt ad inopiam redactum *l.* 7. *C. de ord. cog.* Depoſitarius quoque & creditor qui pignus poſſidet, duo fortè quò minus alat, impedito, rem depoſitam, & pignori obligatam negotiorum geſtor ejus neceſſarios, cujus negotia gerit, *l. neſennius de neg. geſt. &c.* alere interim coguntur, impenſis quas de ſuo fecerunt ipſis poſtmodum refundendis.

XLVII.

Unum nunc reſtat, ut de concurſu & eorum qui alimenta debent, & eorum quibus debentur tractemus, quod ad debitores attinet, ſic concludimus. 1. Dativi (id eſt, qui vel ex teſtam. vel convent. vel delicto debent) præferuntur legitimis. 2. Dativis inter ſeſe concurrentibus nullus prælationi locus eſt, ſed omnes & ſinguli tenentur. 3. illi tamen à quibus ab eodem teſtatore bis aut ſæpius legata ſunt, non niſi ſemel præſtantur *l. alimenta* 16. §. *Baſilicæ de alim. leg. l. Libertis* 18. *eod.* ad quem caſum etiam referri poteſt illud, quod vulgò uſurpatur.

Alimenta non eſſe multiplicabilia, nec reiterabilia. *Pontanus, b.c.18.nu.2 poſt Br. in l. re conjuncti nu.42.&c.*

XLVIII.

Ex legitimis inter ſeſe 1. Dominus præfertur patri alimentario, *per text. glo. in l. ult.* pro derelicto juxta quam hoc accipiendum. 2. qui ſpecialiter tenentur, ptiores ſunt his, qui communi tantum humanitatis, ſenſu ducuntur. 3. adoptivus præfertur parenti naturali, quia is q. ex conventione quadam obligatur, quod genus debitorum ante legitimos *ut ſupr.* exigitur. 4. Libertos tamen, Eccleſiam, & Donatarios quam diu patroni, & donator neceſſarios legitimos habent magis eſt, non convenit. 5. maritus uxorem prius alit, quam uxoris pater: an è converſo & uxor prius maritum alit, quam mariti pater? non ita. 6. Quin ſocer filii uxorem prius agnoſcit, quam uxoris pater. 7. Aſcendentes præferuntur deſcendentibus & collateralibus. 8. pater, & aſcendentes à patre præferuntur matri, & reliquis à matre, niſi cauſam divortio mater præberit. Tunc enim quæ ejus pœna eſt, patri præfertur *auth. ſi pater. C. de divortio facto. Nov.117.c.7.* 9. Aſcendentes inter ſeſe præferuntur proximiores remotioribus. 10. Deſcendentes collateralibus priores, graduum utrobique prærogativâ obſervandâ.

XLIX.

De altero, concurrentibus videlicet pluribus alimentariis, ita decernimus. 1. ut omne debitum, ita & alimentorum prius eſt debito eleemoſynarum, quæ contra datur, illiberalis eleemoſyna eſt. 2. in eleemoſynis erogandis hic circiter ordo eſt, omnium primi ſunt ſocii religionis ſecund. Apoſt. tum cives: tum gentiles: tum qui ejusdem linguæ ſunt, &c. item, quò quis pauperior, eò eleemoſynis dignior eſt & potior, &c. qui ordo etiã obſervari poteſt ab executore teſtamentario, quando annua fortè pauperibus relicta ſunt, *vide l. quæ conditio 3. §. 1. de cond. & demonſtr. l. fin. C. de Sacroſ. Eccleſ. l. ſi quis §. fin. C. de Epiſc.*

&

& Cler. Novell. 131. *c.* 9. in conſanguineis filius præfertur patri: pater fratri; pro [illegible] remotioribus.

L.

Ejusmodi eſt cauſa alim. per ſe, in diverſis ſubjectis declarata. Per accidens ſunt illa juris remedia, quæ in caſum denegatæ ſolutionis, ad hoc, ut tergiverſans legitimè cogi poſſit, competunt. officium judicis, & ordinaria actio: illud vel imploratum, vel motu proprio indultum, motu proprio impertit judex in alimentis pauperum, quæ piæ cauſæ inſtar habent *l.* 9. §. 5. *de off. proconſul. l. Divi* 89. *ad L. Falcid. d. Novell.* 131. *c.* 11. Quo caſu quilibet de populo poteſtatem judicem pro iis adeundi habet.

LI.

Imploratur officium judicis 1. ſuper alimentis quæ jure naturæ debentur. Et ſic mulier mero judicis officio ea petit à marito. Patroni ab Eccleſia, & Liberto. 2. Super iis quæ incapaci relicta ſunt. 3. & iis quæ jure ſingulari etiam non adita hereditate debentur, &c. propterea quod ordinariâ hiſce caſibus actione deſtituamur, prout concludit poſt variorum opiniones *Joh. Petr. Surd. t.* 2. *q.* 1. *num.* 10.

LII.

Ordinariâ actione petuntur alimenta ex conventione, ultimâ voluntate, aut delicto debita, præterita, & futura (ſecus ac in his quæ *off. jud. nob.* debentur, ea enim præterita peti nequeunt) & eâ quidem quæ pro negotii qualitate jure Civil. prodita, exempl. c. ex emto, Locati, ex teſtamento. Legis Aquiliæ, quæ ex cap. 1. utilis eſt heredibus liberi hominis interfecti *Weſemb. ad L. Aquil. in Paratit.* Cætera quæ ad actiones, earundemque exercendarum proceſſum adduci poſſent, nimis ampla ſunt: hoc attingere ſatis eſt: quod modus procedendi alius atque alius ſit: & in legitimis quidem ſummarie cognoſcit judex tum quoad probationes, tum quoad ſolennia ordinis *l.* 2. *de feriis l.* 5. §. 8. *& arg.* §. *ſ. q. de lib. agn. l.* 5. §. 14. *de vent. in poſſ. l. carbonianum.*

rianum 3. §. *cauſæ cognitio* 4. *de carbon.* in alim. leg. ordinariè quoad probat. Summariè quoad ſolemnia. In conventionalibus, & ex delicto ordin. quoad utrumque.

LIII.

Tantum de obligatione, ejusque ſubjectis perſonis, & actionibus. Preſſus nunc ea quæ reſtant: viſuri primum de rebus duo illa: 1. quid præſtandum. 2. ex quibus rebus id, quod præſtatur deſumendum. Ad primum poſſunt transferri dicta *theſ.* 1. addo de ſumptibus ſtudiorum annè aliment. appellat, veniant, & debeantur? imò veniunt, & à patre filio debentur ut nec poſtmodum in collationem veniant. 2. an ſumtus funeris eo nomine comprehendantur? Neg. *arg. d. l. 6. de alim. leg. arg l. verbo victus* 43. *de V. S. arg. l.* 23. *de relig. & ſumt. l.* 13. *C. de neg. geſt. diſſ. videtur Coler.* 2. *tr. d.* 1. *num.* 12. qui vim omnem 4. argumentorum includit inductioni Logicæ, quæ tamen ad rem parum facere videtur: nec neceſſaria conſecutio eſt: Quicunque tenetur alere, etiam ſumtus funeris tenetur ferre, E. ſumtus veniunt nomine alimentorum. Dici tamen poſſet: alimentis hos maximè connexos eſſe, & meritò deberi ab his, qui pro alimentis obligantur.

LIV.

Ad poſtremum quod attinet: ſingulare hic eſt, quod extremæ famis tempore ultima vitæ ſubſidia ex iis etiam rebus, quæ Deo dicatæ commerciis hominum exemtæ ſunt, profanatis, diſtractiſque, redigi jus fasque ſit, facit 1. *Sam.* 21. *v.* 6. *per l. expreſſ. & rat. l. ſancimus* 21. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Quò pertinet: 1. An etiam caſtrenſia bona alim. maximè legitimis ſint obnoxia? quidni? 2. An ex rebus feudalibus relinqui poſſint? nequaquam *c.* 1. *qualiter olim feud.* 2. *Feud.* 9. *pr. de prohib. feudi per Frid.* 2. *Feud.* 55. *Vult.* 1. *de Feud.* 10. *nu.* 41. ubi multis auth. comm. & per omnes Scribentes probatam hanc opin. eſſe oſtendit, à quâ tamen jure Sax. & multorum locorum conſuetudine hactenus proceſſum eſt, ut dotalitium cum conſenſu Domini, etiam diſſentientibus agnatis modò legitimæ quantitatis conſtitui poſſit *Köppen. q.*

39. *nu.*

39.num.42, lim. tamen niſi feudum mere hereditarium ſit, &c. *Rittersh. 2. Partit. feud. 12. q. 6.*

LV.

De modo, quo continetur quanta, & qualia, quando, & ubi præſtanda ſint. Quantitas & qualitas in legitimis æſtimatur ex modo facultatum dantis *l. 5. § 7. 10. 19. & pen. h. t.* neceſſitate *d. l. 5. §. 2. & pen.* item dignitateque *arg. d. l. 5. §. item reſcriptum 17. arg. l. pen. de alim. leg. l. 1. §. 19. de ventr. in poſſ. arg. l. quæro 60. l. cum poſt 69. § 4. & 5. de jur. dot.* accipientis, quæ dignitas cum in illegitimis admodum obſcura aut nulla, nulla ejus habebitur ratio. Cæterum legitimis liberis æqualia omnibus alim. dari conſultius eſt, ceſſante quoad hoc majoratus præeminentia. in dativis conventionalibus, & teſtamentariis mens conſtituentium expreſſa vel tacita ſpectatur. hinc Quær. An qui ſibi alim. ſtipulatus eſt, uxorem, & liberos & familiam contractui incluſiſſe dicendus ſit ut & illi exhibeantur? quod vix eſt ut concedi poſſit. De eo, quãdo non apparet quid teſtator ſenſerit *v. l. mela §. 2. l. pen. de alim. leg.*

LVI.

Uti? in legitimis, & dativis, quandò nihil conventum eſt, hoc arbitrio debitoris utique relinquendum eſt, qui non alimenta hic vel alibi præſtanda, ſed ſimpliciter recepit, & proindè loco plus petit, qui certas ædes deſcribit *§. plus autem 34. verſ. præterea de action.* Liberos quidem domi alere (niſi bono viro informandi tradantur, patre vel occupato, vel ad educandum inepto) præſtat, ut mores ipſorum obſerventur, regantur, & emendentur. De illis liberis, qui per flebilem parentum ſuorum diſſolutionem, & ipſi in duas q. partes ſecti penè ab utroq; exulant *v. l. un. cum auth. ſeq. C. divort. fact. Nov. 117. c. 7.* de pupillis *rubr. & l. 1. per tot. ubi pupill. educ.* Pratronos in propriis ædibus ali oportet, nec cum aliis Eccleſiæ alumnis mendicis, aut libertis ſuis non ſine dignitatis, atque pudoris ſuggillatione accumbere cogendi ſunt. Vulneratos de conſilio medicorum in locis ipſis probatis curare convenit.

D Quan-

LVII.

Quando? Paulus *in l.fin.de ag. lib.* menſtruorum alim, meminit in perſonâ Patroni: quod generaliter ad omnes extendere legitimos tentavit poſt *Bl.Mœnoch. 4. Præſ. 199. num. 23* Sed cum non omnium eadem ratio ſit, merito id aliis diſplicuit *Côler.2.tr.b.4.nu.2.* Sunt quidem & alia loca, ubi & menſtruorum & annuorum mentio habetur *ut l.8.in fin.l.17.de alim.leg.l 27.§.t. quand.dies leg.l.8.§.24.de tranſact. l. 15. & 19. d.an.leg.* ex quibus utcunque colligi poteſt, tali tempore alim. præſtari ſolita fuiſſe; non magni tamen intereſſe crediderim ſi & hoc arbitrio non fraudentis debitoris relinquamus. Illud utique conſtare debet; reg. diſtinctis per tempora vicibus ea ſolvi: nec ut repræſententur impunè peti poſſe *arg. d. §.plus autem verſ. tempore de action.*

LVIII.

Finis aliment. proprius ac principalis eſt, ut ne deſit quo medio naturalis homo gloriæ Dei, Reip. ſuisque amicis quam diutiſſimè ſuperſit *arg.l.necare de lib.agn* qui finis, utpote ſummè neceſſarius, multa in ipſorũ favorẽ ſingularia, jure ac privilegia meruit *v.latè Surd.t.t.5.quæ ſint alim.privileg.* Sed & minus principaliter nonnunquam tendit ad lucrum pecuniarium, ut, ſi diviti legata ſunt.

LIX.

Effectus nunc quoſdam referam: Alios præſtitorum, alios negatorum, horum naturalis eſt internecio non exhibiti; necare enim videtur Paulo qui alim. denegat *d.l.4.* quæ cum delictum ſit juri cognitum, pœnas etiam in eum conſtitutas invenimus quales exſtant *in l.nemini 24.C.de Epiſc.audient. l. 3. de infant.expoſ. & in l.6.§.ult. d lib.agn. & in §.ſi quis 10.1.de ſuſpect.tutò & in l.1.§.4.de lib.ag.* unde Q. quâ pœnâ abjiciens infantem afficiendus ſit? Reſp. non capitali: niſi dolo malo id fecerit, & infans mortuus ſit *per l.nihil intereſt ad L.Cornel.*

LX.

Præſtitorum effectus ſi quidem debitè à parte debitoris ſolventis liberatio eſt, perpetuâ ſolutionis exceptione munita:

à par-

à parte alimentarii operarum obligatio in ſolis legitimis (niſi in dativis id quoque actum ſit) & regulariter officialium tantum non etiam fabrilium *quod declar. ulterius Cöler. lib. 2. tr. b. 6. n. 2. & ſeq* Utriusque ratione primum reſpectum efficiunt ſuperioris & inferioris qualis ferè eſt inter patrem & filium, *quò pertinēt quæ Tiraq. alicubi de amore inter nutritores & alumnos eruditè ſcribit* hinc duo illa conſectaria. 1. quod ut parens, ſic nutritor, nequeat niſi ſolius Majeſtatis, criminis accuſari *l. 17. & l. 20. C. de his qui accuſ.* 2. quod à teſtimonii invicem dictione arceantur *arg. l. parens 5. C. de teſt. l. teſtis 9. de teſtib.* Deinde arguunt 1. exiſtentiam cauſa efficientis ita, ut, qui aluit ut parens, parens præſumatur: præſumatur, inquam, non probetur *arg. l. 5. §. 8. & 9 de lib. agn.* 2. Abolitionem cauſæ deſtruentis. hinc, quoniam alim. & ſuitatis eædem cauſæ deſtruentes ſunt, evenit, ut, ſi poſt exheredationem ſcriptam, filius receptus ſit in domum, altusque, ingratitudo remiſſa exiſtimetur *arg. l. 5. C. de famil. hercisc.*

LXI.

Si indebitè, ſiquidem ſcienter & animo repetendi negotiorum geſtorum actionem pariunt *l. Neſenn. 34. de neg. geſt.* Sed ſi per errorem, an condictio ſit? & in iis, quæ piis cauſis accenſentur non eſſe argumento eſt *§. 7. in fin de obl. ex q. contr.* quæ diſpoſitio cum ad alia porrigi nequeat, nec repetitionem in iiſdem ceſſare exploratum eſt.

LXII.

De contrariis; huc refero *l 8. ff. de transact.* ex quâ, de alim. legatis ad Orationem Marci Antonini facto SCto tranſigere ſine cognitione Prætoris, Præſidisvè interdictum eſſe, apparet, in tantum, ut, ſi cum lis quidem eſſet de alimentis, transactum autem de lite fuiſſet transactio valere inconſulto prætore non poſſet *§. 20. d. l. 8.* niſi meliorem conditionem ſuam alimentarius tali transactione fecerit *d. l. 8. § 6. & 24* vel cum juramento facta ſit quod jure Cn. verius eſt. Q. An authoritate arbitri tranſigere liceat? Neg. *arg. §. 18 d. l. 8.* Q. An Oratio D. Anton. etiam pertineat ad pacta gratuitata? quod etiam vid. negandum. Poſſumus quoq; alimētis, exceptis legitimis, in quib. ne jurata quidem renunciatio alicujus efficaciæ eſt, firmiter re-

nunciare. In valida autem tranſactione, & quavis remiſſione, quid contineatur videamus? & videtur qui tranſigit, de alimentis, neque de habitatione, neque de veſtiario tranſegiſſe, &c. *d. l. 8. § 12. & ſeqq.*

LXIII.

Præter renunciationem certis quoque modis finiuntur, 1. Morte Alimentarii, non tantum legata *l. 8. §. 10. de transact. paſſ. t. t. de alim leg.* ſed etiam ex conventione debita, prout aliis contr. Jac. Venetum rectius placuit. Et eo ſuperſtite utraque 2. conditionis defectu, & 3. lapſu diei in quam conſtituta erant, & 4. Rei cujus ex fructibus præſtanda erant, ad exempl. uſusfr. *§. 3. de uſufr.* interitu. Legitima etiam inopià debitoris, & copià ſeu opulentià alimentarii, ut *§. th. 5.*

LXIV.

Denique cognata ſunt: ut legitima, dos, uſusfr. uſus, redemtio captivorum, &c. à quibus ad alim. tum demum rectè tam affirm. quam neg. arguitur, quando eadem eſt ratio.

S. D. G.